



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum
Libri quinque**

Coster, Franciscus

Antverpiæ, 1587

Sodalitas Coloniensis Catholico Pioqve Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

SODALITAS
COLONIENSIS
CATHOLICO
PIO' QVE LECTORI.

NON hic arma leges humano imbuta
cruore,
Non Veneris furias, sauosq; Cupidinis arcus,
Non Solis Lunaq; vices, neque Sydera certis
Vsque per immensos spatiantia legibus orbes:
Nil mare, nil tellus, nihil hic sibi vendicat aér.
Diuinum est, quodcunq; leges: qua scilicet illis
Regula sit morum vitaq; sequenda, beati
Gaudia calorum qui sive carentia cernent.
Nam duce quo tendas per mille pericula tutus,
Celestem in patriam, sedes ubi ritè parata
Omnibus esse püs Christiq; fidelibus olim,
Diuina ostendunt prisorum oracula vatuum:
Quaq; iter inceptum per agas ratione, libellus
Iste docet, non mole qd idem, sed pondere rerum
Summarum, facili quas continet ordine, longè
Maximus, & puro quoq; pretiosior auro.
Hunc sibi diuino concessum munere dicet,
Illiis ex animo fuerit sanctissima quisquis
Dogmata, ab aeterna manantia lege, secutus.

CAR-